

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XVI. V. Confessio fraterna sit de numero septem Sacramentorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

num penitus & ex animo totā iniuriā remiserit (quod concepti odij malum altas habeat radices) adeundus ipsi præterea est Sacerdos, à quo, tanq ab ipso Christo, verbū Absolutionis & certissimæ consolationis accipiat.

Breuiter, ministeriū quod exhibet Sacerdos, est ministerium Christi. Quod exhibet frater, est ministeriū charitatis, & humilitatis, cuius typū videre est apud Matthēū c. 9.

*Estne Confessio fraterna de numero  
septem Sacramentorum?*

*Quæstio*

XVI.

*Respōsio*

**Q**uamvis fraterna Confessio maximi, ut dicitū est, momenti fit; non est tamen de numero illorum Sacramentorum, quorum Ecclesia septē numerauit: Nam illa talia esse oportet, ut signa sint visibilia, & inuisibilis gratiæ DEI, quam DEVS per ea, cùm in Ecclesia publicè administrantur, in non indigne recipientibus certò operatur, eius gratiæ similitudinem extrinsecus gerentia, quæ omnia in hac Confessione fraterna, & priuata, propriè reperire non est. Vnde cum clauium potestate confundi non debet; sed magis ad Pœnitentiæ Sacramentum præparatoria & præambula est.

*Quot duplex est Confessio, quæ  
fit Presbyteris?*

*Quæstio*

XVII.

*Respōsio*

**C**onfessio quæ fit Ecclesie Presbyteris, hoc est, Episcopis, & Sacerdotibus, quibus à Christo

D 6

Christo